

Lectio XXI. Zdania przyzwalające

- a. **quamquam** + ind.
- b. **cum** (concessivum), **quamvis** + con. wg *consecutio temporum*
- c. **ut** (concessivum), **ut non**, **licet** + con. praes. dla terażniejszości, con. perf. dla przeszłości
- d. **etsi**, **etiamsi**, **tametsi** – czasy i tryby zdań warunkowych

1. Quamquam excellebat Aristides abstinencia, tamen exsilio decem annorum multatus est.
2. Medici quamquam intellegunt saepe, tamen numquam dicunt aegris eos esse morituros.
3. Quamquam omnis virtus nos ad se allicit, tamen iustitia et libertas id maxime efficit.
4. Illa quamvis ridicula essent, sicut erant, mihi risum non moverunt.
5. Quod turpe est, id, quamvis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest.
6. Aristides cum magnis rebus praefuisset, in magna paupertate decessit.
7. Thucydides numquam est numeratus orator, nec vero, si historiam non scripsisset, nomen eius exstaret, cum praesertim fuisset honoratus et nobilis.
8. Ipse Cicero, cum tenuissima valetudine esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat.
9. Si est malum paupertas, nemo mendicus beatus esse potest, quamvis sit sapiens.
10. In carcere Socrates disputavit et exire, cum essent qui promitterent fugam, noluit remansitque, ut duarum rerum gravissimarum hominibus metum demeret, mortis et carceris.
11. Licet ipsa vitium sit ambitio, frequenter tamen causa virtutum est.
12. Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.
13. Terras licet Minos et undas obstruat, at caelum patet.
14. Non est magnus pumilio, licet in monte constiterit.
15. Id, ut ego non dicam, quis non intellegit?
16. Si cui sua non videntur ampilissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est.
17. Caesar etsi nondum hostium consilia cognoverat, tamen fore id, quod accidit, suspicabatur.
18. Multa sunt, quae adulescentes, etiamsi ingenii facultates bonae sint, nondum intellegant.
19. Iniurias etiamsi ulcisci possem, tamen oblivisci malletm.

20. Omnia sunt misera in bellis civilibus: sed miserius nihil quam ipsa victoria, quae etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentiores reddit.

21. Quod crebro aliquis videt, non miratur, etiamsi cur fiat nescit.

22. Sunt qui quod sentiunt, etsi optimum sit, tamen invidiae metu non audent dicere.

23. Phocion, etsi saepe exercitibus praefuit summosque magistratus gessit, fuit tamen perpetuo pauper, cum divitissimus esse potuisset.